

ut allodium cum mancipiis, quod habuit in villa Liuns¹, Sancto Agerico traderet. Quam traditionem non solum mater sed et filius eius comes Cono annuentibus etiam ceteris fratribus suis, Rodolfo scilicet et Widone, legitime fecit ipso domno Henrico episcopo cum comite eiusdem nominis Henrico de Durboio² et Godescalco de Ciniaco³ astante. Eodem tempore etiam vineas quasdam apud Nouereit⁴ nobis in vadimonium adquisivit dato concambio ecclesie sancti Bartholomei⁵ iuxta petitionem fratrum ipsi ecclesie deservientium. Similiter quoque predictus comes Henricus dimidium mansum cum familia in villa cui vocabulum Orio⁴ huic loco dedit, et reliquam partem Berta quondam advocatissa cum totidem mancipiis non multo post pro sua suorumque salute adiecit. In Asperomonte⁶ et Luseio⁷ Theodericus miles quartam partem unius mansi cum familia, que sibi cecidit, nobis tradidit.

1) Wohl Lion-devant-Dun, vergl. Roussel a. a. O. II. pr. pag. CXLII.

2) Durbuy. Heinrich erscheint in der Klosterchronik von St. Hubert (SS. VIII, 610. 618) um 1095. 3) Ciney (vergl. Jeantin a. a. O. I, 357). Godescalc finde ich urkundlich 1055 und 1064 erwähnt (Bertholet a. a. O. und p. XXIV). 4) Mir unbekannt. 5) Collegiatkirche zu St. Bartholomäus in Lüttich. 6) Apremont. 7) Luzy (?), vergl. Roussel II pr. p. CXLIV.
